anima, de ipso determinante, et Auer. 3. de anima. cō. 17. cōsideratio de anima est naturalis, quia anima est unū entiū naturalium. Idem primo de anima. cō. 2. ¶ Si dicas quia intellectus possibilis per accidens mouetur, ē physicæ considerationis. ¶ Contra quia aliæ intelligētiæ depēdētes, etiam sunt mobiles p̄ accidēs, erunt physicæ considerationis. ¶ Quarto intellectus ē extēsus. 3. de aīa. tex. cō. 10. ergo intellectus ē mobilis etc. demonstrationes fundatæ sup̄ non quantitate intellectus possibilis uanæ sunt. ¶ Ad primum intellectus fatigatur p̄ accidens, quia sensus, quē oportet cum intellectu cooperari, fatigatur. quia sensus ē uirtus organica, & spiritibus in suis operationibus utitur, qui faciliter resolubiles sunt, propter quod dixit Aris. primo de anima. tex. cō. 66. intelligere & considerare marcescunt quodam interius corrupto. & 3. de anima tex. cō. 20. non reminiscimur post mortem etc. ¶ Ad secūdum si anima intellectiua mouet corpus, ipsa non mouet se, quēadmodum de intelligētia dictum ē, patet ex Auer. 3. de anima. cō. 58. distinguēte inter uirtutē apprehensiuam particularis & uniuersalis, quia prima mouetur qñ mouet, secunda non. ¶ Secūdo dico q̄ moto corpore ab intellectu possibili, possibile ē artem inexistētem intellectui mouere, concurrēte tamen amore appetibilis extrinseci. & tunc mouetur intellectus possibilis p̄ accidēs, quēadmodum deus gloriosus exūs ars uniuersalis in mente intelligētiarū mouēs earum cælos eas mouet, ita ars inexūs aniæ mouēs corpus informatum intellectu, mouet intellectum p̄ accidens. ¶ Differētia ē tamē hic & ibi, quia ars uniuersalis ē finis in illis, in intellectu autē possibili non ē finis ars, ideo cum arte in intellectu possibili cōcurrit aliud ab arte, & ab intellectu possibili ad mouendum ut producatur artificium, sed in intelligentia nihil cōcurrit, nisi ars uniuersalis, & ipsa etc. ¶ An autem trāslato intellectu sciā, quæ ē in illo, transferatur. ¶ Dicēdum q̄ sciā, aut est rerum mobilium, aut rerum immobilium, aliqua igitur sciētia ē res īmobilis, & illa non transfertur, quia ex natura rei sibi repugnat motus, per eē autē in intellectu non efficitur res mobilis, ideo ipsa remanet res & sciētia īmobilis. ¶ Et tunc corollarie sequitur, q̄ us cælum moueatur, non oportet deū, qui cælum informat moueri. ¶ Secundo sequitur licet intelligentia depēdens moueatur, non oportet deum, qui earū est cognitio, moueri ¶ Sequitur. 3. quātus intellectus possibilis transferatur, non oportet deum qui ē illius felicitas transferri. Aliqua autē sciētia est idem rei mobili, & tunc naturæ rei nō repugnat trāslatio. p̄ intellectum autem non efficitur magis īmobilis quām sit ipse intellectus recipiēs ipsam, ideo translato intellectu possibili scientia illius, cui non repugnat motus transfertur. Et propter hoc q̄ pōt eē aliquid immobile in aliquo mobili. Auer. 8. phy. cō. 27. declarās quæ sunt illa quæ mouētur p̄ accidens, nō dixit omnia quæ sunt in moto. sed dixit illa quæ mouentur, quia sunt in moto mouētur p̄ accidens, & ē hæc sntū Aris. primo de anima. tex. cō. 37. ¶ Tertio dicūt aliq̄ Auer. ibi auctoritatem argumēti exponentē extēdere nomē sciæ ad cognitionem sensitiuā, quia dixit, & ista dispositio scilicet moueri p̄ accidēs ē omnium formarum quæ exūt in subiecto, sed pōt illud dictū intelligi ista dispositio. s. nō separari à substātia etc. ¶ Ad tertiū prima rīo. motor īmobilis sic q̄, non est mutabilis p̄fectiue, neq; corruptiue, non ē quiditatiue consimilis à p̄ho naturali, & huiusmodi sunt omnes intelligentiæ supra intellectum possibilem, intellectus autem possibilis, et omnis forma materialis mutabilis ē perfectiue uel corruptiue, ideo ad philosophum naturalē spectant, hic tamē sensus, quamuis uerus sit, non ē ad mētem philosophi in auctoritate allegata loquētis de motu reali. ¶ Secunda rīo. quia mobilis localiter est intellectus possibilis transmutando locum, & aliæ intelligentiæ nō ideo ad philosophum naturalem spectat intellectus possibilis, et aliæ intelligentiæ ad metaphysicum, ut. 2. physico. cōmen. 26. dixit Auer. ¶ Rīo hæc uera est. sed incompleta, quia Philosophus naturalis ē aliquid considerat, quod non transmutat locum, ut cælum aut elementum. ¶ Tertia rīo omnis forma substantialis terminatiua generationis ē quiditatiue considerabilis à philosopho naturali. et nulla forma substantialis, quæ non sit terminatiua alterationis uel generationis, ē quiditatiui cōsiderabilis, à Philosopho naturali. Intellectus aūt possibilis generabilis ē terminatiue, et nullus alius intellectus supra ipsum ē generabilis etc. ideo intellectus possibilis est mouens motū, et aliæ intelligētiæ, non. qd'n. est moueri, quod pōt formis cōpetere, nisi motus terminatiue? & sic patet Philosophum tetigisse causam adæquatam discernentem inter formas substantiales considerabiles à Philosopho naturali, & considerabiles à metaphysico. istam sententiam elicimus ex Aris. 2. phy. tex. cō. 26. ipsum intelligēdo ut præexposuimus, dum dixit Philosophum naturalem ascēdere in cognitione formarum substantialium usq; ad intellectum hominis inclusiue, quia sol et homo generant hominem. ¶ Ad quartum. licet Auer. illud non habeat in translatione sua, ponit tamen uerba ex quibus extrahitur expositio, extensus. i. dispositione simili rectæ lineæ intelligēs, ē autem dispositio similis rectæ lineæ, cum extrahitur forma à sensibilibus, & similis lineæ sphærali, cum extrahitur forma ex intelligibili abstractio. ¶ Tertia uia ostendit nullum intellectum moueri, quia Auer. in de substantia orbis. ca. 1. omne mobile p̄ se ē diuisibile p̄ se, & omne mobile p̄ accidēs est diuisibile p̄ accidēs, sed nullus intellectus est diuisibilis p̄ se aut p̄ accidens. ergo nullus intellectus ē mobilis p̄ se, neq; p̄ accidens. ¶ Confirmatur nullum motum p̄ accidens æterne mouet, sed intelligētie æterne mouent. ergo intelligētiæ non mouentur p̄ accidēs. ¶ Secūdo spirituali non accidit transmutatio, ut sæpe allegatum est, sed omnis intellectus est spiritualis. ergo nullus intellectus est transmutabilis. ergo neq; mobilis. ¶. 3. Auer. in de substantia orbis. cap. 1. & 12. meta. cō. 39. & 41. aīæ cælorū non mouentur ad motum corporis, neq; p̄ se, neq; p̄ accidēs. ¶ Confirmatur primo de anima. tex. cō. 61. formam constitutam in esse p̄ corpus declarauit Aristote. moueri ad motum corporis moti ab ea. sed alio modo est impossibile q̄ anima moueatur in loco, sed nullus intellectus est constitutus in esse per corpus. ergo nullus intellectus mouetur in loco. ¶ Confirmatur cum declarauit Aris. aniam moueri, addidit. tex. cō. 63. intelligere forsan alterum est, ubi nota intellectū excipi à moueri, quomodo autē anima mouetur. declarat Auerr. ibi. cō. 65. scilicet propter subiectum p̄ quod constituitur, quod patet ibi. ex tex. cō. 66. intellectus fortassis diuinum quid & impossibile etc. & Auer. ibi manifestū est ex hoc sermone q̄ impossibile est aiam moueri in quibusdam partibus. s. intellectu neq; essentialiter, neque accidentaliter. ¶ Confirmatur. 8. phy. cō. 51. & 52. rō propter quē motor mouetur, est quia constituitur in esse per motum, sed nullus intellectus constituitur etc. ergo nullus intellectus mouetur. ¶ Quarto magis remotæ sunt à natura motus intelligentiæ quām quantitates sunt solum per accidens mobiles, ergo intelligentiæ nullo modo mobiles sunt, patet minor. 3. meta. cō. 3. mathematica quātus sint in re mota, non mouētur, nisi accidentaliter, & 4. phy. cō. 9. translatio superficierum, & uniuersaliter ultimorum, & ubi successio eorū super ubi, per accidens est, quod non est ita in corporibus. ¶ Cōfirmatur puncta moueri non possunt. 6. phy. tex. cō. 6. ¶ Confirmatur. 3, quia centrum cæli impossibile est moueri. ¶ Cōfirmatur. 4. quia impossibile ē tempus moueri. ergo à fortiori impossibile est intellectū moueri. ¶ Ad primum illa, quæ in fine motus æquantur loco ipsius